


1542 e. 27. Februar.

Sigismundus I. Rex Polonia
Paulo Tertio Pontifici Maximo.

Cum e vita excessisset ante menses aliquos 32
quod Reverendus in Christo pater Domi-
nus Lucas, cum qui est Chelmen in lo-
cum ejus Vladislavien, qui vero Camene-
censis et Chelmen, Camenecen vero Epi-
scopum renuntiavi Venerabilem Andre-
am Lebrzydowski Secretarium meum
et literarum studijs expositum, et in-
genij quaedam acrimonia praeditum, ut
cum et mihi, et Ecclesiae usui fore per-
suasum habeam, hanc renuntiationem
meam, ut Sanctitas Vestra auctori-
tate sua Apostolica confirmare, et ap-
probare dignetur Sanctitatis Vestrae sup-
plico. Quoniam vero Camenecensis Die-
cesis in ipsis regni mei finibus cum sit
hostium est incursionibus oportuna, et con-
tinuis eorum populationibus vexatur
factum est ex eo ut proventus Eccle-
siae Camenecensis pertenuer, ac pro-
pmodum nulli sunt, neque Dignita-
tem suam Episcopus tueri possit, ni-
si aliunde proventus habeat uberio-
res. Quare a Sanctitate Vestra peto,
ut ita nominatum hunc meum confir-
met, ut reservare ei interim sacer-
dotia, quae possidet omnia, et singula

inbeat



inbeat, absque quibus, se pro eo, ut
Dignitas ejus postulat allere et susten:
tare non posset. Rem et equam et
mihi gratam Sanctitas Vestra factura.

Craovia Diē 27. Februarij. Ao Dni 1542. 2